Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·CCC· lxviij·

Ego sum panis uite. Patres uri manducauerunt in deserto manna et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens ut si quis ex ipo manducauerit non moriatur. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita. Off. Meditabor in mandatis tuis q̃ dilexi ualde et leuabo manus meas ad mandata tua q̃ dilexi al. Secreta Hanc igitur oblationem quam tibi offerimus pro cunctis fidelibus tua pietas ad perpetuam salutem proficiat. Com. Pacem meam do uobis al. pacem relinquo uobis al. Ta. Postcom. Sumentes dne celestia sacramenta quesumus ut quod temporali gestamus celestibus gaudiis assequamur. Feria quinta ante oct. Spi dni pro tui spi epla. q̃ hic sequitur et ewo. Lectio apli. In diebus illis Philippus descendens in ciuitatem samarie predicabat illis xpm. Intendebant autem turbe his que a philippo dicebantur unanimiter audientes et uidentes signa que faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos clamantes uoce magna exibant. Multi autem paliti et claudi curati sunt. Fuit igitur gaudium magnum in illa ciuitate. In illo tempore Conuocatis iesus duodecim apis. Ieiunium lucam dedit illis uirtutem et potestatem super omnia demonia et ut languores curent. Misit illos predicare regnum dei et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in uia neque uirgam neque peram neque panem neque pecuniam neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intrauerit ibi manete et inde ne exeatis. Et quicumque non receperit uos exeuntes de ciuitate illa ea pulueres pedum uestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes et curantes ubique. Feria sexta

Repleatur os meum Sta. ad s. apl. Bla. iexcel. no. de laude tua al. ut possim cantare al. gaudebit labia mea dum cantauero tibi al. al. Iuste dne spa. no. ofie iust. tua lib. me et eri me Bla.